

## Band VIII., Nr. 3346, Seite 457-458

*Urkunde über die Verteilung von Besitz in der Markung Derdingen zwischen  
Kloster Herrenalb und Dietrich von Richen.*

Ohne Ortsangabe, 1284. Juni.

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod Reinboto et Diethericus fratres de Riechen omnia bona sua in marchia Terdingen sita inter se equaliter diviserunt et predictus Reinboto super omnibus, que eum contingebant, vendidit monachis de Alba Cisterciensis ordinis Spirensis dyocesis viginti quinque maltra siliginis perpetuo titulo proprietatis et tandem pro predicta annona ipsa bona recepit a monachis prelibatis iure hereditario possidenda. Postmodum vero predictus Reinboto et filius suus Diethericus dictus de Howenstein omnia bona sua in predicta marchia Terdingen curiam agros prata census redditus gesücht und ungesücht predictis monachis conferebant libere simpliciter et in toto renuntiantes hereditati premisse et per omnia iuri suo. Predicta vero bona mediantibus viris melioribus ville Terdingen sunt divisa in hunc modum. Ad partem monachorum cessit curia sita apud ecclesiam cum omnibus agris suis pratis et aliis attinentiis et hii census subscripti, videlicet curia des clein Heinrich, que dat V solidos et II pullos, curia Gerdrudis sub predicta curia sita II uncias et II pullos, Manegolteswise unius iugeris bi deme stege I solidum et II pullos, pratum monachorum in der Kreiche VI solidos et II pullos, quod quidem pratum spectabat ad partem Dietherici, sed per monachos fuerat commutatum, de iugere Luzze sculteti in vinea Breitwisen I solidum et duos pullos, vinea unius iugeris ibidem quondam Alberti dicti Burbach I solidum et II pullos, vinea pellificis de Phorzhein prope sita VIII Hallenses et II pullos. Item ipsi predicti monachi concesserunt partem prati de Brüel heredibus Wolframmi pro II pullis, item partem de area curie Liebenario de Phorzhein pro I solido, item de bonis Sibotonis dabantur IIII uncie, ex quibus II uncie dabuntur monachis prelibatis. Ad ipsos quoque spectat iuger vinee ze Breithwisen in decima editui et retro aream Hunonis minor pars prati versus villam et inter villas infra prata Luzzen sculteti pars prati et unum in deme Howewege et decem quartalia censuum annuatim, que ipsi monachi dederant, ad eosdem monachos fuerant devoluta. Curia vero ex altera parte fluvii bi deme Leimendal cum omnibus agris pratis et omnibus ad eam pertinentibus predictum Diethericum in divisione contingebat cum censibus infrascriptis: curia Wolframmi V solidos et II pullos, curia Kisel III solidos et II pullos, curia der Doubin II uncias et II pullos, item aree Hunonis et fratris eius IIII uncias et II pullos et tantum pro mortuario, que aree ad

## II

monachos spectabant, sed postea fuerant commutate. Item de agro in der clingen ze Esshenvelt dantur duo pulli, item ex altera parte der clingen H. Shuzzeler de agro duos pullos, item H. Cluzze de iugere vinearum I solidum et II pullos, item de bonis Sibotonis II uncie ad eum contingunt. Item Volpreth Fare iuxta vineam Cluzze de uno iugere I solidum et II pullos. Item heredes sculteti de parte prati sita ze Breitwisen unum anserem. Item maior pars prati retro aream Hunonis sub agro ad predictum Dietericum spectat. Item ze Gensberc non integrum iuger vinee, item heredes Hunfrit de uno iugere ze den Heselen unum maltrum siliginis vel avene quicquid horum creverit in eo anno illo, item Luzzi scultetus de agro in via superioris ville versus Brethein iuxta pontem maltrum spelte vel avene, item in Esshenvelt ager postmodum in suam curiam fuerat acquisitus. Nos igitur frater M[arcwardus] dictus abbas totusque conventus monachorum in Alba et Diethericus de Riechen predictus, ne aliqua inter nos et nostros successores possit discensio suboriri, predictam divisionem pro nobis et nostris ratam et gratam habentes presentibus confirmamus et eam sigillorum nostrorum munimine roboramus.<br><br> Datum anno domini MCCLXXX quarto, mense Junii.

—

Nach dem Original.<br><br> Ital. Perg.<br><br> 2 Siegel 1) das bekannte des Abts von Herrenalb. 2) des Dietrich von Riehen, schildförmig, 52, 42 mm.: ein nach links gewandter Strahl, Umschrift: + SIGILL . DIDERICI . DE . REHC .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 489 K U 835

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals im GLA Karlsruhe.

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...], 2, S. 227.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)<br> Bad Herrenalb, CW<br> Bretten Wohnplatz (5295)<br> Bretten, KA<br> Hohenstein Wohnplatz (895)<br> Hohenstein, Bönnigheim, LB<br> Innenstadt Wohnplatz (6718)<br> Innenstadt, Pforzheim, PF<br> Oberderdingen Wohnplatz (5416)<br> Oberderdingen, KA<br> Richen Wohnplatz (1927)<br> Richen, Eppingen, HN<br> Speyer, SP<br> Unterderdingen Aufgegangen (22754)<br> Unterderdingen, aufgeg. in Oberderdingen KA